

Magnus Wedderkop von Johann Otto Bouchwald von

Disputatio Iuridica De Moratoria Praescriptione

Kiloni[i]: Reumannus, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786435445>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (78.)

1. Philippi de delegatione.
2. Carpzow de jure fisci circa bona ob defraudatum falsa professione
centum in commissum cadentia.
3. Carpzow de restitutione in integrum minorum.
4. Schwendendorfer jus noctis.
5. Idem de jure circa pecudes.
6. Idem de jurisdictione feudali dominica.
7. Idem de exceptione.
8. Bastineller de denunciatione civili, canonica et evangelica.
9. Nicolai de jure terminorum et finium.
10. Reinmann de retrovendendo pactum.
11. Leickherr de eo quod interest.
12. Geiger de eo quod iustum est circa redemptionem annui redditus.
13. Teator de usurpationibus.
14. Linczen de jure Justiniani receptione et auctoritate in Germania.
P. 1. et 2.
15. Gottschalck de matrimonio illicito.
16. Wippermann de commentariis.
17. Pffel de fructibus.
18. F. Gerder de mutuo civitatum.
19. Friedlieb de jure revocandi feuda sine consensu quorum interest alienat.
20. Pafor. elementum aquae.
21. Kleinschmidt de beneficio inventarii.
22. Woltermann de constitutionibus principum.
23. Holtermann de nequitia advocatorum
24. de receptu rerum. Dreher.
25. Frommann de ficta seu quasi traditione.
26. Stendorf de officio judicis.
27. Breitsprach de protractione et abbreviatione litis.
28. Rachel de justitia universali.
29. Idem de jurisprudentia.
30. Falckner jura conviviorum.
31. Idem de sub et obreptione.

33. Martini de antichresi.
34. Weddersopp de moratoria praescriptione.
35. Struv de dedicatione templorum et altarium.
36. Finck de iudicio penitentium.
37. Mühlport de aestinatione in genere et in specie de iusta.
38. Strauß de privatione legitimae.
39. Lederer de iure cursum publicorum.
40. Naevius de gerada Saxonica.
41. Schulz de aneclogistis.
42. Petr. Müller de constituto possessorio.
43. A. Beier de reciproco conventionali. Nou. Hufsch. m. fl.
44. Keyher de intervallo ejuog. iuribus.
45. G. Engelbrecht de culpa.
46. P. Müller de securitate metuentium.
47. Rhadius de dubitante.
48. Schulzen de commodo propter tertium.
49. Schulzen de conditione iurisjurandi.
50. Schubart de ludis equestribus. Quirinus.

I. N. 7.
DISPUTATIO JURIDICA
De
MORATORIA
PRÆSCRIPTIONE

Quam
DIVINA GRATIA ANNUENTE
MAGNIFICA FACULTATE JURIDICA
APPROBANTE
In Illustrissima CHRISTIAN-ALBERTINA
PRÆSIDE
Viro Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo
DN. MAGNO WEDDERKOPF.
J. U. D. & Prof. Publ. Ordin.

Fautore suo quovis honoris cultu devenerando

Publico Eruditorum examini proponit

JOHANNES OTTO à BOUCHWALD,
Hollatus. A. & R.

Ad diem April. A. O. R. 1675.

In Auditorio Majori.

KILONI,
LITERIS. JOACHIMI. REUMANNI. ACAD. TYPOGR.



DISPUTATIO JURIDICA
De
MORATORIA PRÆSCRIPTIONE
Sive
LITERIS DILATORIIS

quas vulgo
Quinquennales appellant.

Don Quinquennel/ Anstands- Schutz/
Eisern Brieffe.

PRÆLOQUIUM.

DOctores, qui legum nostrarum singularem sapien-
tiam commendant, earundemque prudentiam
admirantur, non injustè facturos arbitror, si ex hac
quoque parte iisdem aliquid laudis tribuant, quod
debitorum tam malitiosorum ac fraudulentorum, quam in-
felicium *arg. nov. 4. & 134.* curam exactam habuerint.
Morosos enim & leves, ut satisfaciant suis creditoribus, fi-
demque promissam liberent, severo executionis remedio
ad hoc adigendos esse judicarunt Legislatores; ut in ter-
minis demonstrat Lex alias satis rigorosa XII Tabul. cujus
Verba à JOH. OLDENDORP. *Clas. 1. act. forens. act. 12. defn.*
rei n. 2. MATTH. COLERO. *p. 1. process. execut. cap. 6. n. 128.*
JOACH. à BEUST. *in L. Admonendi ff. de Jurejur. n. 345*

A 2

vers.

4
vers. qua vero pœna. referuntur hæc. *Reus confessi rebusq;
jure judicatis triginta dies justi sunt: Post deinde manus in-
jectio esto, in jus ducito, ni judicatum faxit, in vinculis sexa-
ginta dies habeto, inter eos trinis nundinis continuis ad Præ-
torem in comitium producito, quantaq; pecunia judicatus ero
prædicato. Tertius autem nundinis, si interea pactus non sit,
capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregrè venura ito: Et
si plures forent, quibus Reus esset judicatus, tertius nundinis
partes secanto. Quo & collimat Jus Saxon. *Landtr. lib. 3.
art. 39. Constit. Elect. Saxon. p. 2. Const. 22. Ordin. Polit. von
justizien Sâchen tit. von Falliten*, ubi præter pœnam ibi
statutam debitores malitiosi, si carceris liberationem à cre-
ditoribus impetraverint, ad certum arbitrio Judicis deter-
minandum tempus pileo colore flavo tincto, quasi in si-
gnum prodigalitatis incedere debent. In Hispania, Gallia
& Hetruria debitores malitiosos adhuc ad manus credito-
rum assignari, referunt BERNH. GREVEUS *Concl. præct. Cam.
Imp. Concl. 26. n. 4. JACOB. MENOCH. Arb. Jud. Q. Cas.
183. n. 3. ANTH. HERING. de Fidejuss. c. 6. n. 258.* Has &
alias angustias omnes debitores suo vitio & culpa depau-
perati, qui bona sua dissipando profuderunt, merces ludo
perdiderunt, vel fortunas suas meretricum delinimentis
sumptuosissq; epulis more Heliogabali abliguriverunt, meri-
to patiuntur, nec ut jura his succurrant, merentur, *arg. l. 2. §.
3. ff. ad Scctum Vellei.* Ast debitores Infelices & fortunæ nover-
cantis vitio, naufragio, furtis, incendiis, aliq; infortunio
facultatibus lapsos commiserationem potius, quàm pœnam,
aut ulteriorum creditorum vexationem mereri, indicant
varia illis in legibus nostris concessa beneficia, quorum non
minimum, nec ingratum est illud, quod in *l. 2. §. 4. Cod.
de Precib. Imp. offer. Constantinus & in l. fin. Cod. qui bon.
ced.**

ced. Justinianus Principes Augustissimi exhibent sub nomine
 Moratoriae Præscriptionis, vel Quinquennialium induciarum
 Eyserne Brieffe/ quarum materia cum in Curiis Germa-
 niæ tam frequens sit, quam obsonium in prandio, ut inquit
 CASP. MANTZ. *patron. debis. pref.* volui eam loco Dispu-
 tationis Academicæ eligere, non ignorans, jam dudum viros
 eruditiores, ut ANTH. CUCHUM, ANTH. WILHELMUM,
 hac in arena sudasse, interim, cum & quotidiana sint discuti-
 enda *l. 25. de liber. leg.* & res non novas antiquis etiam legis-
 latoribus placuisse constet *ex l. 14. c. de Jud.* Confer. omni-
 nõ DN. DANIEL BÜTTNERUS J. U. Licent. Præceptor me-
 us æternum colendus, cujus consiliis & manu ductioni hoc in
 opere me multum debere, ingenuè profiteor, in sua *Dissert.*
Jurid. de Pietate c. 4. n. 7. & seqq. ideoq; & ego fretus harum
 Legum incitamento manum aratro semel impositam, non
 retraham, sit itaq; Clementissimo Numine benedicente.

DISPUTATIONIS

De

Moratoria Præscriptione

CAPUT I.

De

Natura Moratoriae Præscriptionis.

SUMMARIA.

- | | |
|--|---|
| 1. Origo Moratoriae Præscriptio-
nis unde petenda. | 4. Mora quot modis contrahatur. |
| 2. Moratoria præscriptio in cujus
gratiam introducta. | 5. Præscriptionis Etymologia. |
| 3. Moratoriae Etymologia. | 6. Præscriptio quid in significatio-
ne latissimâ. |
| | 7. Quid in strictâ. |

A 3

8. Quid

8. *Quid in strictissima.*
 9. *Quo significatu vocabulum prescriptionis hic usurpetur.*
 10. *Moratoria prescriptionis synonymia.*
 11. *Moratoria prescriptio quomodo vocetur à Practicis.*
 12. *Quid moratoria prescriptio vernaculâ nostra.*
 13. *Moratoria prescriptionis homonymia.*
 14. *Definitio Moratoria prescriptionis.*
 15. *Moratoria prescriptio quomodo dividatur ratione cause efficientis.*
 16. *Quomodo ratione cause materialis.*
 17. *De usu & abusu Moratoria prescriptionis remissivè.*

Moratoria prescriptio, (cujus origo petenda ex *l. 2. & 4. C. de precib. Imp. offer. & l. fin. C. qui bon. ced.* ut volunt **BENED. CARPZ.** p. 2. *Const. 22. defin. 29. n. 2.* **JACOB. CUIJAC.** *lib. 2. obs. 10.*) non saltem favorem debitorum, quo promptiorem occasionem augendi facultates, ex iisq; satisfaciendi creditoribus habeant, sed & creditorum, quo post lapsa tempora suum plenius consequantur, concernit; cujus natura, ut rectius possit intelligi, prius utriusq; vocabuli nomina sunt explicanda, quam rei suscipiatur tractatio. illud autem à mora seu morando dicitur, quod varias in jure nostro sortitur significationes, nonnunquam enim nudam quandam dilationem aut cessationem denotat, nullo respectu habito, an ex injusta causa & culpa cessantis fiat, vel non, ut in *L. 5. ff. de offic. Procons. l. 2. §. 1. de Legation. l. 9. §. 1. l. 24. in princ. ff. de Usur.* nonnunquam & frequentius dilationem seu cessationem, quæ fit ex injusta causa & culpa cessantis, ut in *L. 3. princ. l. 14. ff. de Usur. l. 72. princ. ff. de solut:* quo in significatu per universum jus sparsum invenitur, utroq; modo accepta mora variis in negotiis committitur, ut in munere quodam obeundo, in judicio suscipiendo & similibus, inter alia etiam contrahitur in solutio-

7
tione eaq; vel facienda, vel recipienda, & hoc sensu ferè
etiam vocabulum moratoriae usurpatur, quatenus scilicet
exactionem & petitionem creditorum moratur, illamq;
retardat, impedit, differt, & ad finem usq; induciarum su-
spendit. Alterum scilicet vocabulum Præscriptionis, quod
à præscribendo, hoc est præfniendo, & præfigendo dictum
apud Jctos itidem varias admittit significationes. Sumitur
enim (1) vel latè & denotat quamcunq; Exceptionem l.
pen. & ult. C. de Except. l. 29. pr. ff. de Except. rei jud. l. 91. ff.
de solut. undè præscribere sæpissimè ponitur pro Excipere
l. 15. §. 7. ad L. Jul. de Adulter. l. fin. pr. ff. de suspect. Tutor. 7
Vel (2) strictè pro Exceptione ex possessione justâ tem-
poris lege definiti fluente per Rubr. ff. de divers. & tempor. 8
præscr. l. pen. & ult. C. de long. temp. præscr. vel (3) strictissimè
pro modo acquirendi dominium rei per longam possessio-
nem, ut in Rubr. & pr. Inst. in fin. de Usucap. confer. JOH. JA-
COB. WISSENB. ad ff. p. 2. disp. 20. th. 3. DOMIN. ARUM.
Exercit. Instir. th. 3. WILHELM. LUDWEL. ad princ. Inst.
de Usucap. & long. temp. præscr. n. 2. nos primo significatu
illam hic intelligimus, quatenus denotat Exceptionem, per 9
quam Creditores ab agendo & exigendo repelluntur, HU-
GO DONELL. lib. 22. comment. jur. civ. cap. 9. in fin. pr.
CHR. BESOLD. thes. præct. lit. Q. n. 2. verb. Quinquennell.
quo in sensu etiam utuntur hac voce Papinianus Jctus in
L. judicata quidem rei præscriptio 29. ff. de Except. rei judic.
& Labeo in L. si debitor 91. in fine ff. de solut. & liberat. &
Imppp. Dioclet. Constant. & Maxim. in l. præscriptione (id
est exceptione) mendaciorum 2. C. si contra jus vel util. publ.
Vide HENR. HAHN. in observ. ad Wesenb. tit. de Except. & 10
præscr. n. 3. Moratoria autem hæc præscriptio non tantum
in diffusissimo juris nostri corpore, sed & in aliis probatoris
notæ

notæ scriptis multis variisq; idem tamen, sicut grano salis acceptentur, significantibus nominibus solet appellari, quorum maximam partem si hic adjungamus in cassum non laborabimus, eo saltem fine, ut videre liceat, quod ex diversitate nominum non semper oriatur diversitas rerum, prout tradunt THEOD. REINK. *de Reg. sec. & Eccles. lib. 1. class. 4. c. 15. n. 30.* STRACHA. *de spons. part. 3. qu. incipit. Item queritur*, Alexander Mercator *n. 9. pag. 225.* Alia enim leges, alia verò Pragmatici nostri ipsi imposuerunt nomina *in l. 8. C. qui bon. ced.* Justin. eam appellat Quinquennale spatium, Quinquennales inducias CUJAC. *2. observ. 10. Constantin. in l. 2. C. de precib. Imp. offer.* Moratoriam præscriptionem hanc materiam nuncupat, quem & nos secuti, alii Imperatores in *Reces. Imp. de anno 1548. 1577. & 1654. §. Dieser unfer 175.* sub simplici moratorii nomine eam proponunt. Nostri Practicis variæ etiam arrident appellationes PAUL. CHRISTIN. *decis. cur. Belg. vol. 2. tit. 10. de precib. Imp. offer. decis. 70. n. 6. & NICOL. de PASSER. à JANUA tr. de script. privat. lib. 3. qu. 5. rubr. de lit. induc.* illam vocant literas induciales, dilatorias JOH. BAPTIST. ASINIUS *tr. de Exe. cut. §. 6. cap. 69.* literas gratiæ, PROSP. FARINAC. *prax. crim. lib. 1. tit. 4. qu. 29. n. 22.* literas securitatis JACOB MENOCH *A. Jud. quest. cas. 203. n. 14.* literas salvi conductus PETR. PREMIS. *tr. de secur. promiss. qu. 4. circ. fin.* Securitatis promissiones PETR. REBUFF. *tr. de liter. dilat. n. 1. & 3.* CHRIST. CRUS. *de Indic. delict. p. 2. c. 9. n. 1.* ALEX. TRENTAC. *lib. 3. variar. resol. tit. de solut. resol. 1.* CARPZ. *de Affil. debit. th. 61. n. 46.* Exceptiones mercatorias, Inducias quinquennes, literas respirationis, privilegium Moratorium, Justitium quinquennii; Vernacula nostra Moratoria præscriptio frequentius salutatur nominibus sequentibus,

bus, scil. Anstands Brieff. Recess. Imp. de ao. 1548. tit. von
verdorbenen Kauffleuten. S. und nach dem sich zu Zeiten.
Anstand Schuz. Enfern Brieffe. Quinquennell. (non quin-
quennell, nec pimpenell) Reces. Imp. de anno 1577. tit. von
verdorbenen Kauffleuten S. wann auch solche/ PAUL.
MATTH. WEHNER. *Obs. pract. lit. A. verb. Anstands
Brieffe.* CHR. BESOLD. *thesaur. pract. lit. Q. n. 2. verb.*
Quinquennell. SCHONBORN. *polit. lib. 5. c. 26.* hodiè non-
nunquam inscriptio harum literarum solet concipi modo
hoc molliori, scil. commissio Casarea uff Chur N. und
Herzogen zu N. ad tractandum cum creditoribus N. N.
ut referunt GUNTH. *in Ligur. lib. 8. n. 281.* ANTH. WIL-
HELM. *tr. de Rescrip. dilat. tit. 3. concl. 4. n. 47.* Et quamvis¹³
hac Moratoria præscriptio seu literæ quinquennales, inter-
dum sumantur pro ipso quinquennii spatio, quo debitoribus
facultas est respirandi *l. 8. C. qui bon. ced.* vel pro ipsa ex-
ceptione, quæ Creditoribus à debitore quinquennialibus
munito opponi solet *l. 2. C. de precib. Imp. offer.* vel deniq;
pro literis privilegium & inducias quinquennii continentibus,
& has in præsentiarum secundum quatuor causarum genera
prosequi nostri erit propositi, quæ à diversis diversæ descri-
buntur. HENR. BOCERO. *in fascic. disputat. Clas. 6. disp. 12.*
th. 43. est exceptio competens debitori, dilatione solvendi¹⁴
ad aliquod tempus à Principe impetrata; aliis verò & qui-
dem plenius dicuntur literæ, quibus ad certum tempus de-
bitoribus fortuna adversa ad paupertatem redactis & debiti
nomine ægrè molestatis, à Principe vel ipsis Creditoribus
dilatio modici temporis ex humanitate conceditur, ne in-
frà præfixum tempus exactione debiti molestentur, quò po-
stea commodius atq; pingvius Creditoribus satisfacere pos-
sint.

B

fint.

sint. Confer COLER. *de Execut. process. p. 2. c. 4. n. 4.* ANDR. KNICHEN. *in comment. in Jus saxon. c. 5. §. de induc. morator.* ANTH. THESAUR. *decis. 186.* JACOB. MENOCH. *A. J. Q. Casu 203. n. 14. & seqq.* ANTHON. HERING *de*
 15 *Fidejuss. cap. 5. n. 101.* Ex his dictis porrò sequitur, has quinquennales dividi posse ratione causæ efficientis, in publicas nimirum & privatas, illæ sunt, quæ à personâ publicâ sc. Magistratu competente *l. 2. C. de precib. Imp. Offer. hæ,* quæ à privatis Creditoribus debitori indulgentur, *l. 8. C. qui bon. ced.* CARDIN. TUSCHUS. *conclus. 14. n. 11. lit. M.* MANTZIUS *in Patroc. pauper. decad. 4. qu. 7. n. 41.* Sic etiam
 16 respectu causæ materialis dividi possunt in Universales, quæ toti provinciæ, Universitati, civitati, pagis, aliisque collegiis permittuntur, & speciales, quæ certæ personæ saltem conceduntur, ut volunt DIDAC. COVARRUV. *ad cap. Quamvis p. 2. princ. n. 21.* ALEX. TRENTACIN. *lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. n. 28.* JOH. BRUNNEMAN *ad l. fin. Cod. qui bon. ced. circa finem.* De Usu vero & Abusu harum quinquennialium induciarum, & utrum Magistratus summus illas præsuppositâ tamen urgentissimâ ac magnâ causâ absq; peccato cuivis debitori concedere possit, maximè hoc tempore, quo hæ quinquennales propter humanæ naturæ corruptionem modo incredibilem ad varios abusus deductæ, adeò, ut illarum abusus quodam modo ipsum usum tollere videatur, tractant pluribus CHRISTOPH. BESOLD. *The-saur. Pract. voc. Quinquennell.* COLER. *process. Execut. p. 1. c. 4. n. 10.* JACOB. MENOCH. *Arb. J. Q. casu 403. n. 4. & seqq.* THESAUR. *decis. 186.*

CA-

II
CAPUT II.

De

*Causa Moratoriae Præscriptionis
Efficiente.*

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Continuatio.</i> | 11. <i>An Statibus Imperii Majestas competat.</i> |
| 2. <i>Qui veniant hic nomine causæ efficientis.</i> | 12. <i>An præscriptio Moratoria concessa ab Imperatore differat ab illa, quæ concessa à Statibus Imperii.</i> |
| 3. <i>Princeps summus quomodo concedat hanc præscriptionem moratoriam.</i> | 13. <i>Quomodo Status Imperii in suis territoriis representent Imperatorem.</i> |
| 4. <i>Quis propriè privilegia concedat.</i> | 14. <i>An ipsi creditores suis debitoribus possint concedere præscriptionem Morator.</i> |
| 5. <i>An Papa Romanus possit concedere Morat. præscript.</i> | 15. <i>Quomodo creditor. præscript. Morator. differat ab illa quæ à Principe concessa.</i> |
| 6. <i>An Papa Romanus habeat Majestatem.</i> | 16. <i>Quid Judici faciendum, si creditores dissentiant.</i> |
| 7. <i>Quam potestatem Pontifex habeat in temporalibus.</i> | 17. <i>Effectus moratoriae præscriptionis conventionalis.</i> |
| 8. <i>Vicarii Imperii Rom. an possint concedere Morat. præscript.</i> | 18. <i>Præscriptio moratoria impetrata an tollat jus reale.</i> |
| 9. <i>An vicarius regulariter eadem facere possit, quæ principalis.</i> | |
| 10. <i>Principes & Status Imperii quomodo concedant præscript. Morat.</i> | |

Explicatâ priori capite Naturâ moratoriae Præscriptionis ejusq; divisione propositâ, ordinis ratio efflagitat, ut ejusdem beneficii causam efficientem hoc capite subjungamus.

mus. Nomine autem causæ Efficientes nobis hic loci omnes
 2 illæ personæ veniunt, quæ hanc moratoriam præscriptionem seu quinquennales has literas indulgere possunt, si quidem non unicuiq; indifferenter competit jus ejusmodi inducias moratorias concedendi; Tales personæ sunt vel
 3 publicæ, vel privatæ. Ad illas refertur I. vel maximè quivis summus Princeps seu Rex superiorem in suo Regno non agnoscens BOCER. *Class. 1. disp. 11. th. 3. lit. B.* qualis in Imperio nostro est Imperator Romano Germanicus, supremum illud Christiani Orbis caput, prout appellatur in Aur. Bull. Car. IV. *tit. 2.* (de quo an rectè sic dicatur vid. CHASSAN. *in Catal. glor. mund. p. 5. consid. 27. it.* GEORG. THEOD. DIETERICHS *in not. ad d. tit. 2. §. præstito verb. temporale caput mundi*) per l. 2. & l. 4. C. de precib. Imp. offer. l. fin. C. qui bon. ced. Recess. Imp. de anno 1577. §. Wann auch solche in verbis: So meinen wir hiemit ernstlich und wollen / daß ihnen solche Moratoria und Quinquennell hinführo nicht mehr gegeben werden sollen / wir oder unser nachkommen Römischer Känser oder König & de anno 1548. *tit. von verdorbenen Kauffleuten §. und nach dehm sie zu Zeiten bey den Römischen Känsern und Königen Moratoria oder Quinquennell ausbringen und erlangen* Confer. PAUL. CHRISTIN. *decif. Cur. Belg. vol. 2. decif. 70. num. 6.* THOM. MAUL. *tract. de ces. honor. tit. 7. n. 12. 13.* Privilegia enim & beneficia concedere propriè solius est Principis superiorem non recognoscentis, l. 3. ff. de constit. Princ. §. sed & quod Principi placet 6. vers. Planè *Inst. de Jure Nat. Gent. & Civ.* BOCER. de Regal. c. 2. n. 233. maximè super his, quæ nedum privationem legum in certo casu, sed & relaxationem & suspensionem redolent, arg. l. si non

si non. 9. ibi: speciali privilegio C. de Testam. II. Papa Romanus, 5
 cum ipse hodiè in terris suis, vel in temporalibus de facto
 saltem superiorem non agnoscat, baculumq; Aaronis, &
 gladium Nimrodi una manu regat. Quidni ergo ei sum-
 mam, legibusq; solutam potestatem, & propterea Majesta-
 tem, majestatisq; jura attribueremus cum CHRIST. BE-
 SOLD. *in dissert. de Majest. c. 2. n. 2. in fin.* non quidem 6
 ignoro, multos ex Politicis nostris, imò & Ictis etiam magni
 nominis Papæ Romano Majestatem suam detractum iri, ut
 BERNHARD. ZIERIZ. *in tr. de Princip. inter se prerogat.*
 ex ratione, quod Pontifici Romano & Cardinalibus ac E-
 piscopis velut Ecclesiæ ministris regimen gerere non con-
 veniat, verum hi, ut quirecta ratione non utuntur, ita nec
 verâ collectione nituntur. Quamvis enim Pontifex Romano
 in Spiritualibus non habeatur pro Ecclesiæ Monarcha, ut 7
 ipse lubens fateor, in temporalibus tamen ei Majestatem
 denegare vix ausim, quia in Patrimonio Petri summam te-
 net potestatem, quam nec Augustana Confessio & Prote-
 stantes Theologi ipsi disputant, modo ea cum Ecclesiastica
 potestate non confundatur, de quo confer. *art. ult. S. per.*
& ult. August. Confess. MELCH. GOLDAST. *in Polit. Imp.*
part. 28. extra verò ditiones Pontificis Majestas ejusdem
 non erit extensa, ne ipse forsan omnium Christianorum
 Dominus constituatur *arg. C. cuncta per mundum. caus. 9.*
qv. 3. hac de materia prolixiores vide HERM. KIRCHNER.
de Republ. disp. 2. coroll. 1. Lit. C. DAN. OTTO *de Maj. Imp.*
& Imp. cap. 2. JOACH. CLUTEN. *in Sylog. rer. quotid.*
Conclus. 6. III. Vicarii Imperii Romani (seu Provisores, qui 8
 vacante Imperio vicem Imperatoris sustinent, & in ejus lo-
 cum succedunt) hi licet sub nomine Imperatoris vel Regis

Romanorum non contineantur, sed illorum personam saltem representent DAN. OTTO *dissert. de Jur. publ. Imp. Rom. c. 16.* & Vicarius Principis dicatur tantum imago, imago autem & figura non est propriè illud, quod figuratur, sed saltè impropriè ac indirectè TUSCH. *Pract. Concl. tom. ult. lit. V. concl. 182. n. 16.* ERN. COTHMAN. *in Comm. ad tit. C. de offic. Vicar.* Interim tamen veritati magis consentanea videtur mihi sententia affirmativa, idq; hac potissimum de causa, quia gratiosa, quæ neq; in damnum Imperii vergunt, nec alienationem continent, Vicariis non sunt prohibita arg. *tit. 5. Aur. Bull. Car. IV. ibi in verb. Alle vereuserung und verpfändung der Güter / so zum Reich gehören.* Concessio autem Quinquennialium literarum nullam continet alienationem nec obligationem rerum Imperialium, prout fusè declarant PAURMEIST. *de Jurisd. lib. 1. c. 21. n. 3. v. exceptionis,* REUSNER. *p. 4. decis. 14. n. 15.* Præterea constat, quod Vicarius regulariter omnia ea, quæ ipse, cujus vices gerit, facere possit, iisdemq; privilegiis, omnibusq; prærogativis gaudeat arg. *l. 1. C. de offic. Vicar. l. 7. C. de prox. sacr. Scrin. lib. 12. c. si Episcopus 2. qu. 6.* CHRIST. BESOLD. *thes. pract. lit. L. verb. Leutenant.* PAUL MATTH. WEHNER. *obser. pract. verb. eod.* quam sententiam vel duplici præjudicio confirmant JUST. SINOLT. SCHUTZE. *disp. inaug. de S. Rom. Germ. Imp. Vicar. concl. 12.* & GERL. BUXTORFF. *ad A. B. dissert. ad Cap. 5. concl. 73.* IV. Principes & status Imperii in suis districtibus & territoriis, quibus cum ab Imperatore sint concessa jura territorialia & regalia eisq; annexa omnimoda Jurisdictio criminalis & civilis, die hohe Landes Herzliche Gerechtigkeit / mit allem Gerichten / obrist / mittelst und nidrigst / mit allen ihren Ehren / Würden / Frey-

Frenheiten/ Nutzen und zugehörungen prout deducunt
 ANDR. KNICHEN. *tr. de jure territ.* ERN. COHTM. *re-*
spons. Acad. r. n. 260. quorum quædam speciem seu figuram
 habent Majestatis BENED. CARPZOV. *tr. ad Leg. Reg. cap. r.*
Sect. 12. n. 7. adeoq; vel quasi Majestas statibus Imperii in
 suis territoriis competat, ut volunt *arg. l. pen. ff. de just.*
& jur. & l. si familia ff. de Jurisd. BORNITIUS *de Majest.*
c. 14. RUTG. RULAND. *de commiss. lib. 5. c. 4.* sequitur re-
 spectu horum jurium statibus ab Imperatore concessorum,
 illos in suis territoriis rectè inducias moratorias elargiri &
 indulgere posse PETR. HEIG. *p. 2. quest. jur. civ. & saxon.*
qu. 2. THEOD. REINK. *de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1.*
Class. 3. c. 6. n. 31. Hoc tamen interest inter concessionem
 Quinquennialium ab Imperatore & statu Imperii factam,
 quod facultas hæc moratoria elargiendi Imperatori nostro
 vigore superioritatis & potestatis absolutæ Imperialis seu
 Majestaticæ peruniversum Imperium, statibus verò Imperii
 solummodò restrictè in territoriis & ditionibus vigore su-
 perioritatis territorialis competat MATTH. STEPHAN.
de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 389. ANTH. WILH. *tr. de rescr.*
mor. tit. 6. concl. 12. n. 12. illa contra creditores cujuscunq;
 territorii sit valida; hæc verò tantum in ipsorum territoriis
 vim suam exerat. LIMN. *jure publ. lib. 4. cap. 8. n. 230.*
 ex quibus dictis etiam patescit, quomodo intelligendum
 axioma illud Politicorum, quod Principes & status Imperii
 in territoris suis repræsentent Imperatorem, idemq; possint,
 quod Imperator in Imperio, de quo prolixiores sunt
 THEODR. REINKING. *de Reg. secul. & Eccles. lib. 1. clas. 5.*
cap. 6. per tot. MODEST. PISTOR. *vol. 1. consil. 24. n. 1.*
 ANDR. GAIL. *de P. P. lib. 1. cap. 6. n. 10.* BENED. CARPZ.

ad

ad *L. Regiam cap. 1. sect. 12. n. 4.* Personæ privatae hoc loco
 14 dicuntur creditores, à quibus consimilis ferè præscriptio
 moratoria seu dilatio solvendi impetrari & concedi potest,
 quia hoc beneficium non tantum in favorem debitorum,
 sed etiam creditorum (ut supra jam dictum) introductum
 est, ut scilicet debitores ad frugem redeant, & res suas locu-
 pletent, eoq; postmodum melius solvere valeant. PAUL.
 MATTH. WEHNERUS *observ. Pract. verb. Anstandts*
 Brieffe MATTH. STEPHAN. *de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m.*
 2. n. 252. CARPZ. *tr. de Asyl. debit. th. 03. n. 06.* Moratoria
 15 hæc concessa à creditoribus, licet quoad effectum nihil dis-
 crepet à moratoriis à Principibus concessis, cum utraq; æ-
 qualiter debitori provideri debeat, differunt tamen in hoc,
 si personæ concedentes considerentur, quia moratoria Prin-
 cipis Regale munus est, & per modum rescripti submini-
 stratur, *arg. l. 2. & 4. C. de precib. Imp. off. & l. fin. C. qui*
bon. ced. creditorum verò dilatio sit concessio privata, nul-
 lam superioritatem redolens, ut sunt verba ANTH. WIL-
 HELM. *tr. de Rescript. morat. tit. 6. concl. 14. n. 17.* Quid
 16 autem judici faciendum, si quidam creditores in inducias
 à debitore petitas consentire nolunt, sed urgent cessionem
 bonorum, alii autem consentiunt in inducias? Hoc dubium
 Imp. Justin. decidit *in l. fin. C. qui bon. ced.* ita, ut vel maxi-
 mè advertere oporteat, à quâ parte cumulus debiti major
 sit, etsi unus saltem sit creditor, ejus voluntati locus relin-
 quatur, v. gr. si quis mihi debeat 1000, aliis tribus verò cre-
 ditoribus singulis 100, hie ego præponderare solg MANTZ.
patr. pauper. decad. 4. qu. 10. n. 28. si par quantitas debiti
 inveniatur, dispari creditorum numero, ut tunc amplior
 pars creditorum obtineat, si verò in quantitate debita & in
 nume-

numero creditorum æqualitas emergat, quod tamen rarò fit, ut tum ii anteponantur, qui ad humaniorem declinant sententiam, ita ut debitor potius inducias habeat, quàm bonis cedere cogatur, STRACHA *de Decoctor. p. 6. n. 10.* JOH. BRUNNEMAN. *ad d. l. fin. C. qui bon. ced.* si quidem hæ induciæ moratoriæ conventionales nihil planè de summa debiti auferunt & remittunt, sed exactionem ejus ad certum saltem tempus suspendunt, quo spatium se recolligendi relinquatur debitori, salvò tamen jure hypothecariorum reali, quia illud creditoribus semel acquisitum salvum permanere debet, adeò ut si vel unus creditor arrestum impetraverit, propter concessas inducias sive à Principe, sive à creditoribus aliis, illud non teneatur relaxare, nisi præstita hac de re expressâ cautione, prout in terminis pronuncia- vit Scabinatus Lipsiensis in causâ CHRISTIANI LOCHERS zu Leipzig Anno 1601. mens. Aug. his verbis *was aber DONAT PELTZEN. so zu des Schuldners Wahren/ allhier ein Arrest erlanget/ betreffen thut/ ob gleich derselbe die von andern creditoren, bewilligte dilationem quinquennalem, dem Schuldener auch nicht verwegern kan ic. So mag er doch ohne caution den erlangten Arrest wieder seinem willen fallenzulassen nicht gedrungen werden. U. X. B. conf. BENED. CARPZ. defin. forens. p. 2. const. 22. defin. 29. n. 12. COVARRUV. ad. cap. Quamvis p. 2. princ. n. 21. RICHTER. tr. de privil. Credit. C. 1. membr. 2. n. 178.*

CAPUT III.

De

*Causa Moratoriæ Præscriptionis**Materiali.*

C

SUM-

SUMMARIA.

1. *Quae persona has quinquennales deprecari possunt.*
2. *An singulis debitoribus hæ quinquennales sint concedenda.*
3. *An Civitates, Collegia &c. etiam has quinquennales deprecari possint.*
4. *An Hebræus.*
5. *An Decoctores & Falliti.*
6. *An Debitor debitum negans.*
7. *An quantitas debiti in supplicatione exprimi debeat.*
8. *An Quinquennales sint extendende ad debita Mercenariorum.*
9. *An ad debita alimentorum futurorum.*
10. *An ad debita futura & superpenitentia.*
11. *An ad debita jurata.*
12. *An relaxatio Juramenti etiam Principi seculari competat.*
13. *An Quinquenn. etiam extendenda ad debita Ecclesiastica.*
14. *An ad debita fiscalia.*
15. *An ad debita pupillorum & minorum.*
16. *An ad debita ex causa delicti.*
17. *An ad debita ex causa depositi.*
18. *An ad debita ex causa dotis, Studiorum, &c.*
19. *An & quatenus Princeps ex plenitudine sue potestatis etiam in præjudicium creditorum quinquennales concedere possit.*

1 **P**ersonas, quæ hæc inducias elargiri & concedere possunt, jam vidimus, addendum itaq; hoc capite loco materiæ personas, quæ ejusmodi inducias jure deprecari queant, quorumq; debita sub rescriptis hæc moratoriis includantur. Quoad illas constat, has inducias non indulgeri, nisi petentibus *l. 2. C. de precib. Imp. offer. verb. supplicanti*, beneficium enim nolenti & invito non confertur *l. 69. & l. 156. ff. de R. Jur. MANTIC. de tacit. & ambig. convent. lib. 18. tit. 2. n. 22.* quippe id magis injuriæ, quàm beneficii nomen meretur, quod ingeritur recusanti, sic nec conceduntur hæc induciæ omnibus debitoribus indifferenter petentibus,

tibus, sed illis saltem, qui clarè docere & perspicuè probare
 possunt, quod non sua culpa, sed fortunæ asperitate & inju-
 ria mole creditorum oppressi, atq; debitorum tricis invo-
 luti ad extremam redacti sint inopiam, quos debitores Imp.
 Justin. *Nov. 4. & 135.* vocat infelices. Confer. VENTUR.
 de VALENT. *Parthen. Litig. lib. 2. c. 9. n. 23.* Quale infor-
 tunium autem & casus improvisus cum non tantum cuili-
 bet debitori privato, sed & communitatibus, civitatibus,
 pagis, tribubus, aliisq; collegiis contingere & evenire potest
 BRUNNEMANN *ad l. 4. C. de precib. Imp. offer.* hinc nec illi
 ab hoc beneficio sunt excludendi, quia memoratæ consti-
 tutiones & leges Imperatorum, utpote *l. 2. & 4. C. de precib.*
Imp. off. l. fin. C. qui bon. ced. Recess. Imp. de anno 1548. & de
 anno 1577. tit. von verdorbenen Kauffleuten/ quibus hoc
 beneficium continetur, sunt generales & indefinitæ, ac de
 quibusvis debitoribus, egenis, & casu depauperatis loqui vi-
 dentur, ideòq; etiam generaliter & indistinctè sunt acci-
 piendæ, per ea, quæ tradunt SURDUS. *decis. 210. n. 8. &*
consil. 304. n. 7. HERING. *de Fidejuss. cap. 24. n. 227.* adeòq;
 & Hebreus hujus beneficii sit capax, qui alias in jure instar
 personæ odiosæ & infamis reputatur *per auth. Gazaros C. de*
Heret. c. 16. X. de Judic. MARQ. FREHER. *de infam. lib. 3.*
c. 19. n. 7. de quibus confer MARQ. de SUSANIS *tr. de Ju-*
daeis HARTM. HARTMAN. *lib. 2. Miscell. observ. c. 1. obser.*
15. n. 5. PACIAN. *de Probat. lib. 2. c. 41. n. 121.* E contra cum
 hoc est quasi ultimum indultum, & à jure communi præ-
 sidium exorbitans, ad quod non nisi extremò casu est con-
 volandum, hinc decoctoribus, fallitis, banceruptoribus, &
 omnibus illis debitoribus, qui suæ prodigalitatibus vitio ad-
 incitas redacti, muhrtwilligen/ Banckerottierern/ und Leut-

betrüger / welche das ihrige verspielen / verschlemmen /
 oder sonst unnützlich verbringen est denegandum BENEDE.
 CARPZ. *de Asyl. debit. th. 62. n. 62.* indigni enim sunt prin-
 cipali hęc clementiā, qui victus magnificentiā, sumptibusq;
 immodicis ære sese immerferunt alieno, cum hi non for-
 tunæ vitio, sed suapte culpā hanc sibi calamitatem accer-
 verunt, inq; leges publicas deliquerunt. Hinc meritō pœ-
 na illi sunt affiendi, quæ decernitur in Recess. Imp. de
 anno 1548. & anno 1577. sub tit. **von verdorbenen Kauff-
 leuten.** imō digni illi reputantur, ut tractentur secundum
 statuta Muscovitarum seu Chinesium, de quibus vid.
 ANTH. HERING. *de Fidejuss. c. 27. p. 1. n. 205.* JOH.
 CONSALV. MENDOZA *de Regn. China lib. 3. c. 10.* Cœte-
 6 rum an hęc induciæ moratoriæ etiam profint debitori debi-
 tum neganti, qui tamen verè alteri fuit obstrictus, vel huic
 beneficio renunciati vid. MARC. ANTH. CUCHUM *rr.*
de Morat. præscr. n. 19. CHR. BESOLD. *Thef. præct. verb.*
Quinquennell. aliosq; plures, & tantum etiam de personis
 quæ has inducias de jure deprecari possunt, vel non; cum
 7 autem à debitore semper in supplicatione exponi debeat
 qualitas debiti, numne ejusmodi debitum sit, quod inducias
 vel non recipit, vel in quo Principem facilè indulgere pro-
 babile non est, ut indicant expressa verba in Recessib. Imp.
 de anno 1548. & de anno 1577. tit. **von verdorbenen Kauff-
 leuten §. Wann auch solche** 4. ibi in fin. verb. **und das in
 solchen Fällen / darinn die Moratoria oder Quinquennell
 statt haben: wo aber die anderer gestalt** 10. (hęc verba
 ultima quomodo intelligenda vid. CHRIST. BESOLD.
Thef. præct. lit. A. verb. aber & verb. ander Gestalt)
 Restat, paucis etiam agamus, quænam debita hęc in parte
 exce-

excepta, expressèq; vel saltem tacitè privilegiata reperiantur, ita ut hæc moratoria præscriptio etiam à summo Principe impetrata regulariter contra talia debita vigorem suum exercere non possit, JOH. LIMNÆUS *de Jur. publ. Imp. Rom. tom. 1. lib. 4. c. 8. n. 342.* & seqq. SCHÖNBORNER. *polit. lib. 5. c. 26.* inter quæ debita connumerantur 1. Opificum, aliorumq; mercenariorum vulgò **Tag-Lied-Miedlöhner**/ quibus ob laborem debitor est obligatus, quiq; opera sua, & quotidiano sudore se, suosq; alere solent, illorum enim debita multum sunt privilegiata tam de jure divino, *Levit. 19. v. 13. Deut. 24. v. 14. 15. Matth. 10. v. 10.* WILHELM. ZEPPEL. *in explic. LL. Mosaic. forens. c. 26.* & canonico C. *quoniam 12. dist. 88. c. 1. x. de sepult.* quam de jure civili & positivo, juri enim & æquitati est consentaneum, ut mercedem consequatur is, qui alteri inservivit MENOCH. *consil. 228. n. 14.* hinc in plerisq; locis & maximè Jur. Saxon. aliis creditis præferuntur, per notab. textum in *Landr. lib. 1. art. 22.* & *p. 2. constit. 28.* post princ. ibi **das für allen anderen Schulden erstlich bezahlet werden soll das Lied-lohn.** quod & diversis responsis confirmant BENED. CARPZ. *defin. for. p. 1. c. 28. defin. 24.* JOH. KÖPPEN. *decis. 28. n. 13.*

2. Alimentorum maximè futurorum & quæ debentur pauperi, quia hæc in generali prohibitione vel remissione nunquam præsumuntur intelligi, sed semper videntur excepta *l. 6. ff. de pignor. & hypoth.* quippe causa alimentorum est maximè favorabilis, & è numero causarum piarum censetur *l. 14. ff. de aliment. & cibar. leg. Nov. 131. §. interdiciamus verb. egentium pabula & alias piar causas.* MATTH. WESNBEC. *consil. 80. n. 7.* de quibus, si in testamento sint relicta, ne quidem sine decreto prætoris transigi potest *per l. 8.*

l. 8. de transact. JOH. BRUNN. *Repet. Wefenb. ad tit. qu. 20.*
 Venter enim, ut est in proverbii, præcepta non audit, po-
 scit, appellat, caretq; auribus, nec dilationem admittit.
 SURD. *de aliment. tit. 1. q. 44. n. 30.* MENOCH. *Arb. J. Q.*
lib. 2. cent. 1. cas. 52. n. 12. nec immeritò dicitur, quod necare
 is videatur, qui alimenta denegat *in l. 4. ff. de agnosc. & al.*
lib. c. pasce. dist. 80. Conf. NICOL. *de PASSER. à JANUA tr.*
de script. priv. lib. 3. rub. de lit. induc. n. 64. p. m. 548. PETR.
 10 PECKIUS *tr. de Jure sist. c. 54. n. 20.* 3. Futura & superveni-
 entia, quæ post rescriptum hoc moratorium impetratum
 contracta LIMN. *de Jur. Publ. Imp. Rom. tom. 1. lib. 4. c. 8. n.*
332. privilegia enim semper de iis casibus intelligenda; de
 quibus tempore concessionis cogitatum, *arg. l. Aurelius 28.*
§. 2. ff. de liberat. & solut. COLER. *de Process. Execut. p. 1. cap.*
4. n. 14. CHR. BESOLD. *thes. pract. verb. Quinquennell.* Si
 enim debitor tale impetratum rescriptum suis futuris cre-
 ditoribus opponere possit, nemo postea cum illis, qui tali
 imperiali indulto muniti, contrahere auderet, semper sibi
 metuens obstiturum debitoris privilegium JOH. PETR.
 SURDUS *Consil. 298. incipit. Licuisse detinere n. 17. lib. 2.* CO-
 LER. *Process. Execut. p. 1. c. 4. n. 14. in fin.* ad hæc, ea est natura
 verborum præsentis temporis, ut suo tempore sint conten-
 ta, nec ulla ratione includi velint futura, nisi difertè id adje-
 ctum fuerit, prout loquitur. ANTH. WILHELM. *tr. de rescr.*
morat. tit. 8. concl. 35. n. 3. ibique alleg. JACOB. MENOCH.
 11 *Consil. 87. n. 70. lib. 1. 4.* Jurata vel juramento confirmata,
 quandoquidem Principis dispositio generaliter loquens
 non est extendenda ad casum, in quo intervenit juramen-
 tum JACOB. MENOCH. *Arb. J. Q. cas. 403. n. 4. & seqq.*
 COLER. *Process. Execut. p. 1. c. 4. n. 16.* cum illud videtur ha-
 bere

bere vim expressæ renunciationis seu specialis expressionis
arg. l. 79. §. filius Matrem ff. de Legat. 2. cap. 9. X. de jurej. HE-
 RING. *de Fidej. cap. 27. part. 1. n. 40.* nisi ex indubitatis ar-
 gumentis constet, quod Princeps rescripto moratorio et-
 iam debitorem cum Juramento simpliciter obligatum (se-
 cus si debitor in specie juravit se non oppositurum literas
 moratorias) juvare velit, Vid. PETR. SURDUS. *Consil. 209.*
n. 17. Præsertim cum relaxatio juramenti seculari etiam Prin-
 cipi competat, maximè apud nos per Constitut. Cameral.
part. 2. tit. 24. von Relaxation der Endz. Ubi à Casarea Ma-
 jestate Statibus Imperii relaxatio Juramenti reperitur con-
 cessa, sc. si causæ justitia id exigat. Utrum autem hæc as-
 fertio in praxi obtineat, uti plerumq; omnes creditores
 sua credita habent juramenti firmata, tradit NICOL. BOE-
 RIUS *decis. 206.* §. Ecclesiastica vel alterius pii loci, seu
 causæ, *arg. l. 43. de relig. & sumtib. fun.* Ecclesiæ enim favor
 magnus, qui commodo publico adhuc anteferendus, ut
 inquit CHR. BESOLD. *thes. pract. verb. Quinquennell.* quip-
 pe id, quod debetur Ecclesiæ vel piæ causæ dicitur deberi
 Christo & pauperibus, bona etenim Ecclesiæ vocantur pa-
 trimonium Christi *in cap. ex eo 34. ibi de patrimonio Christi de*
Elect. in 6to & in cap. cum secundum 10. ibi de patrimonio Je-
su Christi X. de præbend. MENOCH. *Consil. 222. n. 4.* decu-
 jus bonis utpote Ecclesiasticis Principes seculares, ut tales,
 non possunt aliquid statuere, vel de iis ullo modo dispone-
 re, prout vult *per all. gloss. in cap. fin. in vers. principales; de*
reb. Eccles. non alien. NICOL. de PASSER. à JANUA *tr. de*
script. priv. lib. 3. rubr. de lib. morat. n. 65. p. m. 548. & 599. 6.
 Fiscalia filcus enim est Fundamentum robur, ac quasi ani-
 ma totius Reipublicæ, quam conservari impossibile erit, si

tri-

tributa non inferantur, *Nov. 149. cap. ac sanè vers. impossibile.* quandoquidem, quod placidam ac quietam vitam vivimus, quod spiramus, quod edimus, quod bibimus, quod tuti habitamus, id post Deum, debemus Magistratui, ut sunt verba THEOD. REINK. *tr. de Reg. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 1. cap. 2. n. 16.* hinc magis privilegiatus erit casus exactionis publicæ, quam privatæ *l. 16. C. de Rescind. Vend.* cum & alias fiscales causæ multas alias habeant prærogativas & insignia privilegia, de quib. vid. MART. LUCAN. *tr. de priv. vil. fisc. & ÆGID. BOSS. tract. eod.* 7. Pupillorum & minorum, his enim semper subvenire solent jura, tam propter ætatem & lubricum consilium, quam propter infirmum animi intellectum, *l. 1. in pr. ff. de minor. l. 10. ff. de alien. Jud. mut. caus. fact.* constat enim ex *cap. 1. X. de in integr. restit.* quod Ecclesia, fiscus, pupillus & minor inter se æquiparentur, & pari passu quoad concessa privilegia ambulent, PÉREGRIN. *tr. de Jur. fisci lib. 6. tit. 2.* si itaque fiscus & Ecclesia sub generali rescripto moratorio non comprehenduntur, ut jamjam demonstratum, utiq; nec pupillus, vel minor, quorum causa ferè potior fisco, ut vult ANT. FABER. *in Cod. tit. 9. defn. 20. n. 10.* CHR. BESOLD. *thes. pract. voc. Quinquennell.* ANTH. WILHELM. *tr. de morat. rescr. tit. 7. concl. 34. n. 5.* 8. Ex causa delicti, indignum enim est ¹⁶subvenire eis, qui sua culpa inciderunt in paupertatem *l. pen. ff. de jure dot. l. fin. §. ult. ff. de his, quæ in fraud. credit.* nec existimandum est, quod beneficia & privilegia delinquentibus tribuant impunitatem, ut dicitur *in l. 2. C. de priv. vil. Scholar. Nov. 17. c. 5.* *ibi non permittas privilegiis. sed delictis & criminibus privilegia concessa amittuntur arg. l. 37. ff. de minor. l. 4. §. 2. ff. quod cum eo, qui in al. potest.* Vid. supra all. Dn.

all. Dn. DANIEL BÜTTNERUS, Minda - Westph. J. U. L. & P. P. in Acad. Elect. Ger. *in disp. de Tortur. c. 3. n. 17.* quam sub ejus præsidio defendit Dn. MAURIT. MEIBAUM. dilatio enim solet condemnatis concedi miserationis gratia *in l. 2. C. de execut. rei jud.* obtinet saltem in civilibus, non in criminalibus. Conf. BRUNNEMAN. *in Comment. ad d. l. 2.* in his valet tritum illud, qui non habet in ære, luat in pelle *arg. l. 35. de injur. l. 1. §. fin. ff. de pæn.* Vid. JACOB. MENOCH. *A. J. Q. lib. 2. cent. 5. cas. 443.* HERING. *de Fidejuss. cap. 10. n. 175. 9.* Depositi, idq; ob exuberantiam bonæ fidei à deponente erga depositarium habitam. Siquidem alias causa depositi, ut in pluribus aliis, ita & hic privilegiata habetur, regulariter enim deponens quoad rem depositam præfertur omnibus aliis creditoribus *l. 7. §. quotiens vers. & ante privilegia ff. deposit. l. 8. eod.* JOH. BRUNNEMAN. *ad d. l. 7. §. pen. n. 6.* CARPZ. *Jurispr. forens. p. 1. c. 28. desin. 150.* scil. si fuerit verum & reale depositum, non si saltem simulatum & fictum PETR. NICOL. MOZZ. *tr. de contract. tit. depos. rubr. quemadm. annul. depos. n. 4.* Denique 10. hic nonnulli referunt Debita dotis, Audiorū, & in specie privilegiata, nova, & recentia ex venditione eduliorum, & rerum commestibulum in foro venalium contracta, feudalia, aliaq; plura, de quibus singulis quid statuendum sit, & an contra eorum exactionem memoratæ induciæ quinquennales à Principe licet summo impetratæ opponi possint, & quatenus Princeps ex plenitudine suæ potestatis etiam in præjudicium creditorum in casibus Moratoriorum dispensare possit, docent NICOL. de PASSER. à JANUA. *tr. de privat. script. lib. 3. tit. de liter. morator. per tot.* CHRISTOPH. BESOLD. *thes. pract. verb. Quinquennell.* MANTICA *de tacit. & ambig. convent. lib.*

D lib.

libr. 12. tit. 12. n. 7. ANTH. WILH. *tr. de Rescript. morat.*
 tit. 7. conclus. 34. 35. & seqq. COLER. *de process. execut. part.*
 1. cap. 4. n. 16. & seqq.

CAPUT IV.

De

*Causa Præscriptionis Moratoræ
 Formali*

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| 1. Ratio formalis præscriptionis moratoræ in quo consistat. | Principe possit dilatari. |
| 2. Quomodo debitor suum infortunium probare debeat. | 8. An & Imperator Romanus hoc tempus extendere possit. |
| 3. Cur debitor addere teneatur impossibilitatem, solvendi. | 9. Cur præcisè tempus quinquenni sit electum. |
| 4. An Princeps sine peccato has inducias concedere possit, & quando. | 10. An debitor cautionem præstare teneatur. |
| 5. Quid si preces veritate non niantur. | 11. An hæc cautio à Principe possit remitti. |
| 6. Quousq; tempus hoc induciarum sit extendendum. | 12. An Princeps hanc cautionem proprio motu debeat exigere. |
| 7. An spacium quinquennale à | 13. Qualis cautio hic exigatur. |
| | 14. An quisvis debitor præstet salutem cautionem juratoriam. |

Ratio formalis Quinquennialium literarum concernit potissimum preces debitoris supplicantis, & tempus à Principe concessum, illæ verò vel maximè continere debent causam jacturæ & infortunii, quod non dolo nec suapte culpa, sed inopinato & casu fortuito debitor supplicans ad hæc miseras & calamitates sit redactus, idq; testimonio sui

fui Magistratus, sub quo domicilium habet, vel habuit supplicans, manifestè docere & probare debet, ut expressè sancitum reperimus in Rec. Imp. de anno 1548. & anno 1577. tit. von verdorbenen Kauffleuten §. Wann auch 4. ibi. So meinen wir hiemit erstlich und wollen/ daß ihnen solche moratoria oder quinquennel hinführo nicht mehr gegeben werden sollen/ wir oder unser nachkommen/ Römische Käyser/ oder König/ sein dann von der Obrigkeit/ darunter solche verdorben oder aufgestandene Kauffleute gesehen/ zuvor eigentlich Bericht/ und verhoffert/ oder daß dieselbige Kauffleute glaubliche Urkund/ oder Schem fürbringen/ daß sie aus unversehener zugestandenem Unfällen ihrer Leib oder Güter verdorben und aufgestanden sind. Adde PAUL. MATTH. WEHNER. *Pract. obser. lit. A. Verb. Unstandt §. ult. in fin.* JOH. LIMN. *Jur. publ. Imp. Rom. lib. 4. c. 8. n. 338.* Ad hæc debitores in suis precibus solent addere, quod ipsis hoc tempore impossibile sit ut creditoribus satisfacere possint, imò quod ob quotidianas creditorum suorum exactiones ipsi ferè sit pereundum, nisi Princeps ipsis subveniret & aliquod temporis spatium ad recolligendas vires eis indulgeret. Tessaure. *decis. Pedemont. 186. n. 3.* CHRIST. BESOLD. *thes. pract. verb. Quinquennel.* qui all. loco probat, Principem sine peccato & Justitiæ honestate ejusmodi inducias concedere posse, scil. his dictis concurrentibus, hinc antè concessionem earundem causam diligenter (summarie tamen & de plano seposita longiori ordinarii judicii solennitate) examinare debet, simulq; inquirere tam in personam & conditionem debitoris, quam creditoris, sic & quale sit debitum, privilegium, nec ne, an jactura, quam supplicans allegat,

sit tanta, ut ipsi sit impossibile suis creditoribus hoc tem-
 pore satisfacere ac solvere, si verò hæc contraria, falsa re-
 periantur, ita ut narratio facti contenta in precibus nulla
 veritate nitantur, tunc Princeps non saltem ejus modi in-
 ducias concedere non debet, sed etsi jam concessæ sint, nul-
 lum sortiri debent effectum, quia sub-vel obreptionis ar-
 guuntur, ut sunt verba in sape all. Recess. Imp. de anno
 1548. & anno 1577. von verdorbenen Kaufleuten S. Wann
 auch 4. ibi in fin. Wo aber die andere gestalt und mit ver-
 schwiegener Wahrheit außbracht/ oder erlanget werden/
 alsdenn sollen sie krafftloß und unfürträglich seyn/ und
 dafür gehalten werden/ adde l. 5. C. si contra jus vel utilit.
 publ. vel per mendac. aliquid postul. vel impetrat. l. si quis 26.
 ff. ad L. Cornel. de Sicar. KLOCK. Consil. 6. n. 45. vol. 2. PA-
 NORM. in cap. super literis 20. X. de Rescript. n. 2. JOH.
 BRUNNEM. ad d. l. 5. C. si contra jus vel util. &c. Quousq;
 autem hoc tempus induciarum moratoriarum se extendere
 debeat, in jure nostro non adeo præcise reperitur cautum,
 ut vult CUCH. tr. demorator. præscr. n. 22. hinc merito il-
 lud arbitrio boni Principis relinquimus, qui illud pro qua-
 litate rei & conditione personæ vel minus vel majus defi-
 nire ac statuere potest, ultra terminum verò quinquennii
 non facilè à Principe tempus illud extendi debet, ne scili-
 cet creditoribus majus & gravius damnum infligatur, qui-
 bus jam dum solutio tardatur, quam quod invito eos su-
 bire æquum est, & ne nimia ejus largitas & clementia rei-
 publicæ sit damnosa, proindeq; nec Principem illud spatium
 quinquennale dilatare posse, ut volunt Castrens. in l. qua-
 rias. C. de precib. Imp. offer. CHR. BESOLD. Thes. pract. Verb.
 Quinquennell. quod tamen intelligi velim saltem de Impera-
 tore

tore seu Principe Romano, qui vigore juramenti in electione ejus præstiti ad Recessum Imperii tanquam legum fundamentalium observantiam & tenorem præcisè tenetur, Quominus autem exteri Reges & Principes, qui superiorem non agnoscunt, nec in similem legem juraverunt, nonnunquam de plenitudine suæ potestatis ex causâ justissima moratoriam dilationem ultra terminum quinquenni debitoribus indulgere possint, nullus est qui dubitat. Quod ne Imperatori nostro citra atrocissimam injuriam denegare possumus, ut ut juraverit in leges fundamentales, scil. si causæ hoc urgeant prægnantissimæ, si quidem Inducias octennales ab Imperatore nostro civitati cuidam concessas, refert JOH. LIMNÆUS *de Jur. publ. Rom. Imper. lib. 4. c. 8. n. 332.* Confer. ALEXAND. *consil. 216. lib. 2.* NATTA. *lib. 3. consil. 1.2. & seqq.* Cur autem in Moratoriis nostris præcisè præ reliquis temporibus Quinquennium sit electum, hujus rationem suppeditabunt ANTH. HERING. *tr. de fidejuss. cap. 5. n. 137.* & ANTH. WILHELM. *tr. de Rescript. morat. tit. 8. conclus. 48. n. 135. & seqq.* Præterea ad formam moratorii nostri spectat quoq; cautio competens à debitore præstanda, quæ nomine fidejussionis exprimitur in *l. universa. 4. C. de precib. Imper. offer.* debitor enim difficulter quinquennales inducias impetrabit, nisi fidejussio, vel idonea cautio super debito post elapsum quinquennium exsolvendo ab ipso offeratur *all. l. 4. C. de precib. Imp. offer.* idq; in favorem creditorum, qui dum in uno gravantur, in alio debent relevari, JOH. BRUNNEM. *ad d. l. 4. C. de precib. Imp. offer.* & ne debitor bona, quæ post impetratas inducias salva adhuc habet, durantibus induciis consumat, aut cum iisdem aufugiat & utroq; modo creditoribus juribus suis defraudet.

11 ANTH. HERING. *de Fidejuss. cap. 5. n. 128.* quod onus cautionis adeò necessarium, ut nec per privilegium vel rescriptum à Principe debitori possit remitti, ut docet WURMSER. *lib. 1. tit. 28 obser. 9. n. 2.* (quomodo verò hoc intelligi debeat tradunt VULTEI. *Consil. Marp. 19. n. 50. vol. 3.*) ne rescriptum ejus creditoribus fiat captiosum *arg. l. 8. princ. ff. de prator. stipul. & nedum uni favetur, alteri fiat injuria l. 28. ff. de testam. milit.* quod jura nostra abhorrent *arg. princ. Inst. quib. ex caus. manum. c. primum 8. c. 22. qu. 2.* In tantum autem illa cautio, necessaria est, si à creditoribus sit petita, de horum enim præjudicio agitur ANDR. GAIL. *lib. 2. obser. 46. n. 14.* & ut opus non est, ut Imperator eam proprio motu exigat, ita nec requiritur, ut debitor illam sollicitè non petenti creditori offerat, sed satis est, petenti moram non facere *per. l. diversum 2. §. quod ait Prator. 2. ff. quor. legator. l. 1. §. non exigit Prator in fin. ff. ut in posses. legator.* SURDUS. *de aliment. tit. 7. qu. 19. n. 15.* Constat enim, quod in omni materia, in qua judex potest aliquid facere, vel jure communi, vel ex forma statuti, hoc intelligendum sit, si petatur à parte DANIEL MOLLER. *ad constit. Elect. Saxon. part. 1. const. 19. n. 14. 15. & seqq.* & per ea, quæ tradit DN. SCHRÖDER. *in sua disput. de Sentent. C. 4. n. 12. & seqq.* quam habuit Erfurti sub præsidio Nobiliss. Dn. DANIELIS BÜTTNERI, jam supra allegati. Quoad cautionem autem observandum non requiri hic præcisè fidejussoriam, licet in *l. 2. C. de precib. Imp. offer.* ejus facta sit mentio, sed in subsidium sufficere vel juratoriam, si ob paupertatem scil. fidejussores habere non possit. CHRISTIN. *decis. 70. n. 6. neq; hodiè in Ordin. Polit. de anno 1548. tit.*

VON

von verdorbenen Kauffleuten fidejussores interminis requiruntur. ZANGER. *de Except. p. 2. c. 12. n. 4.* ita tamen ut debitor sit integritate vitæ conspicuus, nec defuga suspectus, simulq; juret, se non habere pignora, nec fidejussores idoneos reperire posse, licet magnam adhibeat diligentiam *arg. Nov. 134. c. 9. Nov. 112. c. 2.* JOHAN. BRUNNEM. *ad l. 4. C. de precib. Imp. offer. ANDR. GAIL. 1. obs. 148. n. 6. HAHN. in observ. ad Wesenb. tit. qui satisd. cog. n. 10. CHRISTIN. decis. 70. n. 6.* Cæterum de formulis & documentis petendi & concedendi Quinquennales literas vid. RHODING. *lib. 1. tit. 12. c. 1. ANTH. WILHELM. tr. de morat. rescript. tit. 12. Conclus. 71.*

CAPUT V.

De

Fine & Effectu Moratoriae Præscriptionis

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. Continuatio. | 7. A quo tempore quinquennales currere incipiant. |
| 2. Quis finis debitorum hic. | 8. An quinquennales fidejussoribus etiam profint. |
| 3. Quis finis Creditorum hic. | 9. Privilegium personale an egrediatur personam. |
| 4. An Creditor, induciis durantibus, contra debitorem quid moliri possit. | 10. An hæc Quinquennales hæredibus debitorum profint. |
| 5. An bona debitoris arrestata, impetratis induciis, debeant relaxari. | 11. An Quinquennales sistant cursum usurarum. |
| 6. An concessio quinquennialium multiplicanda. | 12. An debitor locupletandus cum alie- |

13. Debitorum causa an sit favorabilis.

1. **R**estat ut videamus quod primum quidem in intentione, in executione verò semper ultimum esse solet, finem scil. & effectum DANIEL STAHL *tit. 7. regul. Philos. 7. ZACHAR. VIETOR. dissert. top. 4. n. 40.* Cum autem hoc beneficium Quinquennialium induciarum, non tantum ob debitoris, sed etiam creditoris utilitatem est introductum, sequitur, utriusq; finem esse hîc considerandum, illius quidem finis est, ut impediatur & suspendatur executio, & imprimis, ne debitor intra tempus in privilegio expressum molestetur à creditoribus, sed ut medio tempore liceat ei respirare & cogitare de modis solvendi, atq; ita ad pinguiorem fortunam pervenire, quo commodius deinde finita dilatione creditoribus suis satisfacere possit MATTH. COLER. *de Process. Execut. p. 1. cap. 4. n. 14.* PAUL. MATTH. WEHNER. *obs. pract. lit. A. verbo Anstands Brieff.* ANTH. WILHELM. *tr. de reser. Morat. tit. 8. concl. 50.* Hujus scil.
2. Creditoris finis est, ut debitores ita per quinquennium locupletati, illis qui alias fortè modico præsenti contenti fuissent *l. 8. ff. de transact.* vel etiam in concursu cœterorum creditorum planè nihil & minimum saltem obtinuisent, eò pinguius & largius solvant. STRACHA. *de decoct. p. 6. n. 20.* Quid enim prodest creditori debitorem in carcere detinere, nisi fortè ad exsatiandam vindictæ cupiditatem, quam verò pietas Christiana abhorret. Ad effectus nostrarum induciarum primo loco refero, quod creditores durantibus induciis contra hujusmodi privilegium moratorium nihil omninò attentare, moliri vel suscipere possint. PETR. PECKIUS *de Jure sistendi c. 45. n. 20. in princ.*
- adeo

adeò etiam omnis executio intermedio tempore usq; pro-
hibetur, ut pendente dilatione hac quinquennali, nec ulla
fiduciaria aut provisionalis executio per judicem fieri de-
beat, imo debitor ille, qui hoc modo cauteriatus factus
Eisern worden (ut loquitur CHRIST. BESOLD. *thes.
pract. v. eisern werden*) non debet interim in carcerem de-
trudi, in persona bonisve repressaliari, arrestari, pignori
capi, vel quocunq; alio modo indebitè molestari, vel in-
quietari. ANTH. FABER. *Cod. rerum in Sabaud. judic. lib. 1.
tit. 9. defin. 2*, NICOLAUS BOERIUS *decis. 296. incipit Prin-
ceps. sub num. 5.* etsi fortè debitor ad importunam instantiam
creditorum ante lapsum temporis privilegiati in carce-
rem sit coniectus, vel bona ejus arrestata, illa quam ci-
tissimè tanquam attentata sunt revocanda, & relaxanda *arg.
l. 3. C. de dilat. nisi de fuga sit suspectus arg. l. 10. §. 16. ff. quæ
in fraud. cred.* JOH. PET. SURDUS *decis. Mant. 301. incipit
rescriptum debitori concessum* PETR. PECKIUS *de jure sisten-
di cap. 5. n. 45.* cum autem hæc omnia tam strictè obser-
vanda, idque vel potissimum in favorem debitorum, hinc
etiam providendum, ne in uno eodemq; subjecto quin-
quennialium harum concessio multiplicetur, ita ut finito
quinquennio Princeps denuò aliàs largiatur. WEHNER. *in
Observ. pract. verb. Anstand Brieffe* nisi post impetratas
Quinquennales ab ipsis creditoribus Princeps alias debitori
supplicantis justis ex causis concedat, quod illum facere posse
hoc modo, non dubitatur, & hæc post finitionem illarum
currere incipiunt, quia semper illa interpretatio capienda, ut
actus operetur suum effectum *l. 109. in princ. ff. de legat. 1. &
l. 75. ff. de Judic.* MASCARD. *de probat. vol. 2. concl. 595.* u-
traque verò moratoria dilatio, tam quæ à Principe, quam 7
E à cre-

à creditoribus impetrata incipit currere non quidem à die insinuationis, exhibitionis, seu præsentationis, nec à die, quo hæc literæ, quibus hæc dilatio concessa, creditoribus præsentatæ vel notificatæ, sed ex tempore concessionis, quo fuit impetrata, quandoquidem in privilegiis & rescriptis, præsertim ad gratiam emanatis, tempus dati regulariter inspicitur, id est, dies, quo Princeps dicit *Fiat Ita/Ita es geschehe also* per cap. eam te 7. vers. quod nullatenus. ibi: si data literarum diligentius attendisses X. de Rescr. Clement. si eo tempore 9. ibi tempore data ipsarum. de Rescript. NICOL. de PASSE. RIB. à JANUA. tr. de priv. script. lib. 3. rubr. à quo die incipiat currere dilatio s. p. m. 550. GUIDO PAPÆ decis. 109. n. 1. Deindè & hoc effectu gaudet beneficium induciarum, 8 quod si illud impetratum operetur exceptionem, quæ creditoribus infra quinquennium debitum exigentibus obstat. l. 2. C. de precib. Imp. offer. & ad illam JOH. BRUNNEM. Debitorum tamen fidejussoribus in rescripto expressè non nominatis regulariter, ordinariè, & ex sui naturâ nil profunt, nec proficiunt arg. § ult. Instit. de Replicat. l. 1. §. 8. ff. de O. & A. l. 12. ff. de Judic. solv. adeò ut posthabita illa concessione ab ipsis debitum principale statim exigi & postulari possit. SIGISM. SCACC. de Judic. lib. 2. cap. 7. n. 383. COLER. de Process. Execut. p. 1. c. 4. n. 17. NICOL. de PASSER. d. l. qu. 1. n. 1. JOH. 9 BRUNNEM. ad l. 2. C. de prec. Imper. offer. privilegium enim personale, quale hoc est, personam non egreditur l. 68. de R. J. c. 7. de Reg. Jur. in óto & si quid Princeps ob gratiam alicui indulset, id personæ illius visceribus adhæret §. 6. Inst. de I. N. G. & C. Consult. Dn. PRÆSES in Disput. sua 2. ad ff. l. 10. indubitati etiam est Juris, quod exceptiones personales non transeant ad fidejussores l. 24. ff. de reb. judic. FRAN-
CUS.

CUS. de Fidejussor. cap. 13. n. 147. HERING. de Fidejuss. cap. 27. part. 5. n. 77. hæc exceptio verò & hoc beneficium debitori ex mera causâ miserationis à Principe indulgetur, atq; ita duntaxat respectu personæ ipsius illud concedi videtur, hinc non reale, nec in rem scriptum, sed personale privilegium est dicendum Conf. MATTH. COLER. de process. Execut. p. 1. c. 4. n. 14. cum & in dubio omnia rescripta & privilegia personalia esse creduntur l. 5. §. 4. ff. de Jure Immun. CARD. TUSCHUS. tom. 6. lit. P. concl. 743. n. 2. Ex quibus dictis porrò etiam liquet, quod hæc quinquen-¹⁰nales nec debitorum hæredibus profint, quippe qui jure singulari uti nequeunt l. 7. ff. de Except. nec illud terminos vitæ impetrantis egreditur, cum id quod in rescriptis & privilegiis à Principe concessis expressum non est, omissum censetur, nec concedentem concedere voluisse præsumitur VULTEJ. consil. Marp. vol. 3. cons. 31. n. 13. Hinc tutius & melius faciunt debitores, si hæredum quoq; & fidejussorum nomina privilegio inferi curant, per hanc enim cautelam postmodum omnis disputandi materia de rescripti intellectu aboletur JOH. LIMN. de Jure publ. Imp. Rom. lib. 4. c. 8. n. 336. SURD. consil. 5. n. 59. WEHNER. obs. pract. rub. Wehrschafft ANTH. WILHELM. tr. de Resc. Morat. concl. 15
64. Porrò & hic beneficii nostri effectus est, ut concessa & impetrata dilatione moratoria sive per Rescriptum Principis, sive ab ipsis creditoribus non solum sortis, sed & usurarum exactio medio tempore prohibeatur, adeò ut ne stante illâ dilatione ullo modo currant, quæ sententia licet multis dura videatur ut ANTH. CUCH. l. 2. de morat. prescript. n. 148. ANTH. WILLH. de rescript. Morat. tit. 9. concl. 63. idq; hanc potissimum ab causam, quia debitoris

ejusmodi usuras medii temporis non persolvendo locupletaretur cum jactura creditoris, quod esset summè iniquum *l. 14. ff. de condict. ind. l. 226. de R. J. c. 48. de R. J. in 610.* Sic etiam cum Princeps concedit alicui rescriptum moratorium, non præcipit creditori fortis, vel uturarum ablationem, sed tribuit saltem meram dilationem, dilationis autem natura non est, obligationem primam mutare, sed actionem differe, prout fusè tradunt MATTH. COLER. *de process. Execut p. 1. c. 10. n. 303.* JOH. LIMN. *de Jure publ.* 23 *Imp. Rom. lib. 4. cap. 8. n. 349.* THOM. MAUL. *tr. de cessione bonor. tit. 7. n. 38.* interim cum debitorum causa maximè sit favorabilis, & favore digna, putarem vel propter solam æquitatis rationem (nisi fortè debitor ad multò pinguiorem fortunam pervenerit) affirmativam sententiam esse amplectendam cum NICOLAO BOERIO *decis. 296. n. 5.* PAUL. MATTH. WEHNER. *obs. pract. verb. Anstands*
 14 **Brieffe** HERING. *tr. de fidejuss. cap. 5. & BENED. CARPZ. p. 1. const. 30. desin. 46.* qui eandem assertionem egregio confirmat responso, scil. hisce Verbis. **Seid ihr wegen grossen Brandschadens ohne euer Verwahrlosung und Nachlässigkeit in grossen Schulden gerathen/ deßwegen euch von der hohen Obrigkeit die** *inducia quinquennales ertheilet worden* &c. **so möget ihr binnen wehrenden solchen inducien den glaubigern die capitalia zu verzinßen nicht angehalten werden** **B. R. W.** Cœterum an debitor obtentis induciis quinquennialibus postmodum adhuc privilegio cessionis uti possit, necne, illud multis docent THOM. MAUL. *tr. de Cessione bonor. tit. 2. n. 15.* ANTHON. WILHELM. *tr. de rescript. morat. tit. 1. conclus. 61.* CARDIN. TUSCHUS. *pract. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 219. n. 21.* CUJAC. *in parat. ff. qui bon. ced. poss. in fin.* CAP.

CAPUT VI.

De

Cognatis & Contrariis Moratoriae
Præscriptionis.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Solutio particularis quid, & que incommoda habeat. | retinere possit. |
| 2. An solutio particularis invito creditori obrudi possit. | 6. Quinquennales contra jus impetrare quem effectum habeant. |
| 3. Beneficium dationis in solutum in quo consistat. | 7. An quinquennales, præter, lapso quinquennio, vires suas amittant. |
| 4. Beneficium Cessionis cui concedatur. | 8. Et quare hoc. |
| 5. Debitor bonis cedens quas res | 9. Conclusio. |

An tequam finem huic nostræ Dissertationi imponamus, restat, ut de cognatis & contrariis adhuc dispiciamus. Inter cognata autem nostri beneficij primo loco se offert beneficium illud, quod debitorum totalem ruinam avertere poterit, sc. solutio per certos terminos quotannis pro ratione facultatum facienda, quamvis enim debitor secundum naturam obligationis obstrictus est regulariter totum debitum, sortem nempe cum usuris solvere. *l. 19. C. de usur. l. 9. v. ob signatione totius pecunia debita C. de solut. particularis* enim solutio non minima habens commoda *l. 3. famil. ercisc. CARPZOV. p. 2. constit. 28. def. 13.* invito creditori obrudenda non sit *l. 39. de negot. gest.* dantur tamen nonnulli casus, in quibus debitori particularis solutio permittitur, quos colligerunt JO H. BRUNEM. *Rep. Wesenb. ad tit. de solut. qu. 19. STRUV. Synt. Jur. civil. Exercit. 47.*

E 3

1h. 73.

ih. 73. FREYER. tr. de solut. c. 4. quod & expressè probatur in noviss. Recess. Imp. de anno 1654. S. Nach dem auch / ubi depauperatis injuria bellorum hoc beneficium
 3 *cōceditur. Sic ad cognata hujus beneficii refertur quoq; aliud sc. dationis insolutum, hoc in eo consistit, quod debitores parata pecunia deficiente, res quas adhuc possident creditoribus insolutum offerre possint, hiq; eas acceptare teneantur per Nov. 4. c. 3. Auth. Hoc nisi C. de solut. & Recess. noviss. de anno 1654. S. So viel nun. verb. oder auf den Fall er vierdtens bey diesen geldklemmenden Zeiten keine bahre Mittel hätte / noch erlangen könnte durch darzungung anderer beweg- und unbeweglichen Güter / anstat bahrer Zahlung. ic. der Creditor aber solche anzunehmen schuldig seyn quomodo autem & quando hoc beneficium suum effectum possit fortiri, docent JOH. BRUNNEM. all. loc. qu. 14. FREYER. tr. de solut. cap. 4. & Dn. SAMUEL. STRYKE. in eleg. disput. de benefic. dat. insolutum. Deindè constat etiam beneficium cessionis bonorum (quod alias in jure nostro dicitur flebile & miserabile l. pen. & fin. C. qui bon. ced. poss.) magnam eum hac nostra materia affinitatem habere, quod simili modo conceditur obæratiss saltem debitoribus, quo ipso quoq; à rigidiore executione & præsertim à carcere se liberare possint l. 1. C. qui bon. ced. RICHTER. p. 1. decis. 44. n. 50. it. Illustr. Dn. JOH. ADOLPH. de BOUCHWALD Equ. Holsat. in doctiss. sua dissert. de jure obstagii c. 6. n. 8. & hisce debitoribus nisi miseria & inopia relinquatur, dum cedendo creditoribus suis sua bona ad summam redigantur inopiam ac paupertatem, ut vix interula; lectus ac quotidiana vestis ipsis relinquuntur MATTH. BRUNUS. tr. de cessione bonor. qu. 1. n. 1.*
 nisi

nisi debitor sit talis persona, quæ habeat beneficium competentia, JOH. BRUNNEM. *Repet. Wesenb. ad tit. de cession. bonor. qu. 7.* DAVID MEVIUS *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 19.* STRACHA *de Decōctor. p. 7. n. 14.* seu de non conveniendō ultra id, quod quis facere potest. §. 37. *Instit. de Action. ibiq;* SCHNEIDEWIN. & ANTHON. HERING. *de Fidejuss. c. 27. part. 4. n. 80.* qui verò in terminis hoc seculo conscribere de materia, qua ratione inopiæ debitorum sit subveniendum, sunt vel maximè DAVID MEVIUS *in tr. discuss. Levam. inop. debitor.* BENEDICT. CARPZOV. *in tr. de Asyl. general. debitor.* & CASP. MANTZ. *in tr. de Patrocin. debitor. aliq;* plures. Tandem contraria quædam nostrarum Quinquennialium literarum brevissimis erunt attingenda, quæ pleraq; vel ex jam dictis colligere licet, quibus tamen adiici possunt, si quinquennales hæ literæ forsitan contra jus aut utilitatem publicam fuerint elicite, hæ enim nullius sunt virtutis, quia damnosa fisco, & juri contraria postulari prohibet *l. 3. C. de precib. Imper. offer. can. 14. caus. 25. qu. 2.* CHRISTIN. *decis. 70. n. 4.* & JOH. BRUNNEM. *ad d. l. 3.* si petens quinquennales vitio prodigalitatæ vel non adversa fortuna inopiam contraxerit, vel illud sub & obreptitiè impetraverit, (de quo jam supra c. 1. dictum) vel si debitor huic beneficio renunciaverit, cum unicuiq; licitum, sit favori pro se introducto renunciare. *Novell. 163. c. 1. l. 29. ff. de pact. l. 69. de R. I. COLER. de process. Execut. p. 1. c. 10. n. 228.* & ultimo extingvitur etiam robur harum quinquennialium, quando spatium illud temporis à Principe definitum, seu determinatum, est præterlapsum, si quidem illud ordinariè expressis verbis diplomati seu rescripto inseri solet, privilegium moratorium

40
rium à cœtero irrelevantes esse, viresq; penitus amittere de-
bere, id est. daß einen jeden glaubiger sein Anspruch und
Forderung nach verfließung gegebener Zeit gegen N.
und seine Erben vorbehalten und sie darwieder diese
moratoria mit nichten mehr Beschirmen und Ketten
soll ic. Concessum enim aliquod ad certum tempus, post
8 illud tempus videtur prohibitum, cum causa limitata limi-
tatum producit effectum l. 2. ff. de his quæ in testam. delent.
l. 11. ad L. Falcid. l. 16. de A. R. D. BERLICH. decis. 143. n. 8.
JACOB. MENOCH. Consil. 68. n. 10. lib. 1. SURDUS. decis.
203. n. 4. ac novissimè Dn. DANIEL BÜTTNERUS in suo
discursu Polit. de Regno & Regum jure aphor. 42. & seqq. Et
9 hæc de materia hac intricata satis, nec ubivis obvia pro te-
nuitate ingenii dixisse sufficiant; Imposterum fortè, si Deus
volet, meliora, prolixiora, & elimatiora sequentur. Tibi
interim O. S. Sancta Trinitas sit, Laus, Ho-
nor, & Gloria..

Sit bonus interpres, & nil mala verba nocebunt.

Sit malus interpres, & nil bona verba juvabunt.


Dum spatium* scribis, quod quinquennale vocatur,
Tecum una virtus contrahit atque Themis
Contrahat æternum Tecum quod Diva paravit;
Contrahat & Tecum sic quoque summus honor.

* l. fin. Cod. qui bon. ced.


*Quod ex animo vovet Nob. & Per-
eximio Dn. Disputanti, Audi-
tori & Amico suo dilecto*

DANIEL BÜTTNERUS Minda-Westph.
J. U. L. & Ex-Profess. in Elect. Acad. Ger.









the scale towards document

que alias ad seruitia bellica nati sunt?
nali ad tomum I der Reichsakungen;
 gen / daß solche adeliche Übung unter uns p. m. 365
 derum angestellet und erneuert solirden:
 liche von Adel ein sehnliches Verlangen/
 n. Johann von Schellenberg / be-
 in einer Epistel : *doleo interim gra-*
ta nostrorum censuram , que mobiles in
na cum celeberrimis hastiludiis , que
amenta vocant , simul interüsse. Si
 & molestissimum instructum , per
 hil inde vtilitatis redundat amplius
 ia , vt superius declarauimus , exer-
 liis , & seriis occupationibus respon-
 nemo hostium est , qui hodie pari
 ontra nos , difficili plane & incerta ad
 vbi nostri per hanc opponerentur
 per lusum opprimi , & turpiter sub
 sent. Ad honesta itaque pertinet
 ularum otia , quibus fallant atatem
 s non adeo impediti , siue Achillem
 tent , siue Arminium , vetusta armo-
 icuum , in campo. Vbique natiuum
 , ac maiore sapius dignitate praela-
 nam sanguine hostium gloriosi victo-
 desser Castellionius comes *in aulico* , p. m. 107.
o spectaculis exercebit arma , hasta con-
o ludicro certans , memor loci , memor
erunt presentes , adhibebit curam , vt
us & in armis venustus , quam securus ,
m pascat , omnemque dabit operam , vt
uenienti ratione satisfaciat circumstan-
 tium